



**EXIMI-//VM PLANEQVE DIVI-//NVM OPVS
INCOMPARABILIS// Theologi Dionysij, professione
Car//thusiani, in quo opere contine[n]tur// quinque
humanae uitae specu//la**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, 1540

Eiusdem fere argumenti. Cap. VI.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55481](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55481)

stuporem transcendētia uidebis. Stat quippe sacerdos
 nō ignē educēs sed spiritum sanctū, diu precti incūbēs,
 nō ut illa desuper accēsa lāpas consumat apposita, sed
 ut aduolans gratia sancti spiritus sacrificio p ipsum
 cunctorū mentes accendat & splēdidiore reddat argē
 to per ignē probato. Hoc igitur ministeriū ita reuerē
 diū quæ despiciere audebit insania? An nescis quoniam
 hūana natura nūq̄ in ignē talis hostiæ sufficeret, sed to
 ra fundit^o nteriret nisi magnū gratiæ dei esset auxiliū.

Eiusdem fere argumenti. CAP. VI.

NAm si quis introspiciat, quantum sit homi-
 nem carni & sanguini adhuc colligatum be-
 atæ illi & simplici naturæ posse fieri uicinū,
 tunc diligēter intelliget, quod sacerdotes spiritus san-
 cti gratia honorare dignum sit. Per hos quippe myste-
 ria illa complentur, atq; alia non his minora, tā grā
 dibus uel ad rationē salutis nostræ uel etiā dignita-
 tis. Hi nāq; qui terrā incolūt atq; in ea cōuersant, cæle-
 stia dispēsare meruerunt, & potestatē acceperunt, quā
 neq; angelis, neq; archāgelis dedit deus. Neq; enim ad
 illos dictum est: Quęcunq; ligaueritis super terrā, erūt
 ligata & cælis: & quęcunq; solueritis erunt soluta
 Habent namq; & mundi principes uinciendi aliquam
 potestatē, sed uti hac in solis corporibus licet. Hoc autē
 uinculum qd sacerdotibus cōmissum est, ipsam cōtin-
 git animam, transitq; ad cælos, ut ea quæ operati fue-
 rint sacerdotes deorsum, etiā de^o cōfirmet in cælis, sen-
 tētiāq; seruatorū dñs ipse corroboret. Quid ergo reliqui
 est, si eis omnis commissa est potestas cælorum? Quo-
 rumcunq; enim, inquit, dimiseritis peccata, dimittē-
 tur: et q̄rū retinueritis, tenebuntur. Quę potest inueni-
 ti maior potestas? Omne iudicium dedit pater filio,

Matt. 18.

Ioan. 20.

Ioan. 5.

N iij at

S P E C V L V M

at hoc uideo à filio totum sacerdotibus esse cōmissum
 at sicut in cælum iam translati & humanam transcen-
 dentes naturam, atq; à nostris infirmitatibus liberati
 in tantū euecti sunt principatum. Nam si imperator
 alicui subditorum honorem huiusmodi impartiat, ut
 quos uoluerit, in uincula contrudat, laterq; quos
 uoluerit, dignus inuidia & conspicuus ab omnibus,
 estimatur, hic qui à deo accepit, tanto maiore his ut
 prædiximus potestatem, quanto est cælum preciosus
 quam terra, quanto preciosior est anima, quam cor-
 pus, ita ne modico affectus honore crederetur, ut aliqui
 etiam suspicentur posse hanc artem ab his, quibus fue-
 rat commissa contemni: procul fiat talis insania. Neq;
 enim aliud quam furor uocandus est, contemnere il-
 lud ministerium, sine quo nobis nec salus nec ea quæ
 sunt bona promissa reddantur. Nemo enim ualebit in-
 gredi regnum cælorum, nisi ex aqua renatus & spiri-
 tu sit. Et qui non manducat carnem domini, nec bibit
 eius sanguinem non habebit uitam eternam, quæ per
 nullius alterius quam sanctis efficiuntur manibus sa-
 cerdotum. Nec gehennem utiq; ignem uitare nec pro-
 missorum remuneratione potiri, nisi per illorum ha-
 bemus officium. Isti enim sunt qui spiritali affecto-
 ne nos parturiunt, & generatione baptisimatis exe-
 quuntur. Per ipsos Christum induimus, per ipsos con-
 iungimur dei filio, per ipsos membra beati illius ca-
 pitis efficimur. Quomodo ergo nobis isti non solum
 reuerendi magis quàm reges aut duces aut iudices, sed
 etiam non magis erunt honorabiles quam parentes?
 Illi quippe nos ex sanguine & carnis uoluptate gene-
 rant, hi uero nobis sunt diuinæ generationis autores,
 & sanctæ illius reformatur liberatis ueræ adoptio-
 nis filiorum. •